



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 3. Qualitas Sardiniæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

della Tefla, seu di Santa Reparata, quæ est longitudo Geometrica.  
Triplicem autem reperio de quantitate Sardinæ sententiam.

EXTENSIO GEOMETRICA SARDINÆ	LONGITUDINE	LATITUDE	AMBIVS	DISTANTIA FRETUM
Secundum Gerardum Mercatorem	180. M. Paf.	70. M. Paf.	470. M. Paff.	v. Mill. Paff.
Secundum Philipum Cluuerium	170. M. Paf.	90. M. Paf.	560. M. Paff.	60 M. Paff. mendosè.
Secundum nouā veramque dimensionem	166. M. Paf.	92. M. Paf.	480. M. Paff.	vi. Mill. Passuum.

## NVM. 3. Qualitas Sardinæ.

GRAVITATEM cæli hic etiamnum queruntur indigenæ maximè in parte Boreali ob paludes, & ventos Australes pestiferos. Aquis æstate indiget, quare ubique crebræ cisternæ effodiuntur. Montes alendo pecori opportuni sunt, frumento abundant campestria potissimum circa Caralim, vbit tantum segetis metitur ut campi isti Siculis non decadant. Casei quoque Sardinæ plurimum laudantur. Hic visuntur animalia quædā, antiqui Musmones appellabant, nunc ab indigenis dicūtur *Musioni*, nobis des *Musles*: à ceruo non multum differunt, nisi quod arietis habent cornua non inflexa, sed diuaticata; tanto numero hic capiuntur, ut dicant quidam vnâ venatione quatuor millia cæsa esse.

Equi Sardi exigui sunt, sed vegeti, laboris cursusque patientissimi. Hic lucifugæ animalcula aranorum instar in metallicis argenti, quemcumque venenato stimulo foderint statim interficiunt. Hinc quoque aliquid argenti, sulphuris, & aluminis educitur.

## NVM. 4. De Moribus recentibus Sardorum.

SARDI crudeles sunt, & vino dediti: capti à Turcis facile sedem Christianam eiurant. Magni sunt venatores, optimi nautæ,